Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Deus in cuius miseratione anime fidelium requiescunt: fa- Coll.
mulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in xpo
quiescentibus da propitius veniam peccatorum, ut a cunctis reati-
bus absoluti sine fine letentur. Per dominum nostrum. Sec.
Pro animabus famulorum famularumque tuarum omnium catho-
licorum hic et ubique in xpo dormientium hostiam domine suscipe beni-
gnus oblatam, ut hoc sacrificio singulari vinculis horren-
de mortis exute vitam percipiant eternam. Per dominum. Compl.
Sumpsimus domine corporis sacri et preciosi sanguinis sacra-
mentum obsecrantes maiestatis tue clementiam,
ut et famulis et famulabus tuis omnibus hic et ubique in
xpo quiescentibus proficiat ad veniam, quod nobis viventibus pre-
parare dignatus es ad medelam. Per dominum nostrum. Communis.
Deus cui proprium est misereri et parcere, exaudire supplican-
tium propiciare animabus famulorum famularumque tuarum,
ut te miserante a peccatorum vinculis absolute ad eternam
beatitudinis requiem pervenirant. Per dominum n. Alia Communis
Omnia libantes sacramenta concede quesumus omnipotens deus, ut hic
eadem nobis proficiant ad salutem, et animabus pro quibus
tuam deprecamur clementiam proficiant ad indulgentiam. Per. Alia
Propitiare quesumus domine animabus famulorum famularumque Commun.
tuarum misericordia sempiterna, ut mortalibus nexibus expediti
lux eas eterna possideat. His quesumus domine placatus Sec.
muneribus et quod ad laudem tui nominis offerimus supplicantes